Clamo. Καλέζω, Fut. κράξω, Perfect. κέκραχα, Aoriſt. 1. ἔκεκξα, Attic. ἐκέκραξα, Futur. 2. κεκλήγω, Aoriſt. 2. ἐκέκλαγον, Perf. med. κέκεκγα.

Suſpendo. Κρεμάζω, Fut. κρεμάσω à κρεμάω, Perfect. κεκρέμακα, Paſſ. κεκρέμασμαι.

Pendeo. Κρέμαμαι, Fut. κρεμάσομαι.

Dormio. Καταδαρθάνω, Fut. καταδαρθήσομαι, Aor. 2. κατέδαρθον à καταδέρθω.

Abſcondo. Κρύπτω, Fut. κρύψω, Perfect. κέκρυφα, Aoriſt. 2. ἔκρυβον, paſſ. ἐκρύβην.

Sum. Κύρω, Futur. κύρσω, Aoriſt. 1. ἔκυρσα, Particip. κύρσας, Æolica ſunt: eſt quoque κυρέω, Fut. κυρήσω, Aoriſt. 1. ἐκύρησα, Infinit. κυρῆσαι.

A

Sortior. Λαγχάνω, Fut. κληρώσομαι, à κληρόω, ῶ, Perf. med. λέλογχα, Præt. act. λέλαχα, Attic. εἴληχα, Aoriſt. 2. ἔλαχον à λήχω, Fut. λήξω.

Capio. Λαμβάνω, Futur. λήψομαι à λήβω, unde Aoriſt. 2. ἔλαβον. Perf. λέληφα, Attic. εἴληφα.

Lateo. Λανθάνω, Futur. λήσομαι à λήθω, Perfect. med. λέλησμαι. Aoriſt. 2. ἔλαθον, Perfect. λέλασμαι, Aoriſt. 2. med. ἐλαθόμην.

Linquo. Λείπω, Futur. λείψω, Aoriſt. 2. ἔλιπον.

M

Insanio. Μαίνομαι, Futur. μανοῦμαι, Præt. med. μέμηνα, Aorist. 2. ἐμάνην.

Disco. Μανθάνω, Futur. μαθήσομαι à μαθέω, Perfect. μεμάθηκα, Aor. 2. ἔμαθον à μήθω.

Pugno. Μάχομαι, Fut. μαχοῦμαι & μαχέσομαι & μαχήσομαι, à μαχέομαι inusitato, Aorist. 1. med. ἐμαχεσάμην.

Curo. Μέλω, Fut. μελήσω à μέλει, Aorist. 2. ἔμελον, Perf. med. μέμηλα, poëticum.

Recordor. Μιμνήσκω, Fut. μνήσομαι, Præt μέμνημαι à μνάω, Pluſq. ἐμεμνήμην, Aorist. 1. ἐμνήσθην.

Maneo. Μένω, Futur. μενῶ, Aor. 1. ἔμεινα, Perfect. μεμένηκα à μενέω, inusitato.

Miſceo. Μιγνύω & μίγνυμι, Fut. μίξω, Aorist. 2. ἐμίγην à μίγω, inusitato.

Abſtergo. Μοργνύω, Fut. μόρξω.

N

Nuo. Νέω, Futur. νεύσω.

Paſco. Νέμω, Fut. νεμῶ, Perf. νενέμηκα, Aorist. 1. ἔνειμα.

Z

Intelligo. Ξυνίημι, Futur. ξυνήσω, Aorist. 1. ξυνῆκα & ξυνέηκα, Atticè.

Lacero. Ξαίνω, Fut. ξανῶ.

O

Oleo. Ὄζω, Fut. ὄσω, Præt. med. ὄδα, & Att. ὄδωδα.

Eo. Οἴχομαι, Fut. οἰχήσομαι, Aorist. 2. med. ᾠχόμην.

Puto. Οἰομαι & οἶμαι, οἴει, οἴεται, Fut. οἰήσομαι, Aorist. 1 ᾠήθην, Imperf. ᾠόμην, syncop. ᾦμην.

Iuro. Ὀμνύω & ὄμνυμι, & ὀμόω, Fut. ὀμοῦμαι & ὀμοῦμαι, Perf. ὤμοκα, Att. ὀμώμοκα.

Vlulo. Ὀλολύζω, Futur. ὀλολύξω.

Abſterg

Abstergo. Ὀμόργνυμι, Fut. ὁμόρξω.
Debeo. Ὀφείλω, Futur. ὀφειλήσω & ὄφλω, ὀφλήσω, Perf. ὤφληκα, Aorist. 2. ὤφελον, per syncop. ὤφλον.
Inquino. Ὀνόω, Fut. ὀνόσω.
Perdo vel Pereo. Ὀλλύω sivè ὄλλυμι, Perf. med. ὤλα, Att. ὄλωλα, Aor. 2. ὤλον, med. ὠλόμην.
Video. Ὁράω, Futur ὄψομαι, Præt. ἑώρακα.
Moveo. Ὄρω, Fut. ὀρῶ. Æolice ὄρσω, Præter. med. ὦρσα, Atticè ὄρωρα.

Π

Patior. Πάσχω, Fut. πείσομαι à πείθω, Perf. med. πέπονθα, Aor. 2. ἔπαθον à πείθω.
Acquiro. Πάομαι, ῶμαι, Fut. πάσομαι, Perfect. πέπαμαι.
Populor. Πέρθω, Aorist. 2. ἔπραθον & ἔπερθον.
Sum vel fio. Πέλω, Verbum poëticum, Imperfect. ἔπελον & ἔπλε, augmento remoto πέλεν, Ionicè πέλεσκον. Imperfect. Pass. ἐπελόμην, ἐπέλε, & Ionicè ἐπέλεο, per syncop. ἔπλε & ἔπλεο. Doricè ἔπλω, eras, tertia persona ἐπέλετο, per syncop. ἔπλετο, & detracto augmento πλέτο, erat, à πλέομαι, πέλη, πέλεται.
Extendo. Πετάννυω, Fut. πετάσω, Præt. πεπέτακα, & per Sync. πέπτακα, unde pass. præterit. πέπταμαι, à πετάω, inusitato.
Coquo. Πέπτω, Fut. πέψω, à Verbo poëtico πέσσω.
Figo. Πήγνυμι & πηγνύω, Fut. πήξω, Aorist. pass. ἐπάγην, à πάγω.
Bibo. Πίνω, ἔπινον, Fut. πίσω, Præt. πέπωκα, passivum πέπομαι à πόω, πώμι inusitato, Aoristus 2. ἔπιον.
Incendo. Πίμπρημι, Fut. πρήσω.
Cado. Πίπτω, Futur. πεσοῦμαι, Præt. πέπτωκα ab antiquo πίφω, Aorist. 2. ἔπεσον.
Fingo. Πλάττω, Fut. πλάσω, Præt. πέπλακα.
Percutio. Πλήττω, Aorist. 2. ἔπληγον cùm ad corpus, ἔπλαγον cùm ad animum refertur.
Vendo. Πιπράσκω, Fut. πρήσω, Præt. πέπρακα, nam πρίημι, ῶ, facio.
Proijcio. Πρίεμαι, Aorist. 1. med. προπεμάμην.

Volo. Πτάω, Aoriſt. 1. med. ἐπτάμην.
Interrogo. Πυνδάνομαι, Futur. πύσομαι à πυΐθομαι, Præter. πέπυσμαι, Aoriſt. 2. med. ἐπυθόμην.

P

Iacio. Ῥέζω vel ἔρδω, Fut. ῥέξω, & Metatheſi ἕρξω, Aoriſt. 1. ἔρξα.
Fluo. Ῥέω, Fut. ῥεύσω & ῥυήσω, Præter. ἐῤῥύηκα, Aor. 2. ἐῤῥύην à ῥυέω.
Rumpo. Ῥήγνύω & ῥήγνυμι, Fut. ῥήξω. Præt. med. ἐῤῥῶγα, Aoriſt. 2. ἐῤῥάγην.
Roboro. Ῥωννυμι, Fut. ῥώσω.
Valco. Ῥωννύομαι, Fut. ῥώσομαι, Præt. ἔῤῥωμαι, Imperativ. ἔῤῥωσο.

Σ

Extinguo. Σβεννύω & σβέννυμι, Futur. 2. σβέσω & σβέσσομαι, Aoriſt. 2. ἔσβην à σβῆμι inuſitato.
Concitor. Σεύομαι, Aoriſt. 1. ἔσσυα, Præt. ἔσσυμαι, Aoriſt. 1. paſſ. ἐσύθην.
Putreſco. Σήπομαι, Fut. σήψομαι, Aoriſt. 1. ἐσάπην.
Vello. Σπάω, Fut σπάσω, Præt. ἔσπακα.
Libo. Σπένδω, Fut. σπείσω à σπείθω inuſitato; Aoriſt. 1. ἔσπεισα.
Stillo. Σταλάζω & σταλάζω, Fut. σταλάξω & σταλάξω.
Gemo. Στένω & στενάζω, Fut. στενάξω.
Pungo. Στίζω, Fut. στίξω.
Strivo. Στείρω, Fut. στερῶ, Præt. ἐστόρηκα.
Sterno. Στορεννύω & στορέννυμι. Fut. στορέσω. Aoriſt. 1. ἐστόρεσα à στορέω.
Sterno. Στρωννύω & στρώννυμι. Fut. στρώσω. Aoriſt. 1. ἔστρωσα.
Cohibeo. Σχέω, Fut. σχήσω, Aoriſt. 2. ἔσχον, unde Imperat. σχές, σχέτω à σχῆμι.

T

Extendo. Τανύω, Fut. τἄσω, Præt. τέτακα.

Seco

Seco. Τέμνω, Fut. τεμῶ & τεμέω, Aoriſt. 2. ἔτεμον.

Fabrico. Τεύχω, Aoriſt. 2. ἔτυχον.

Liquefacio. Pario. Τήκω, Fut. τήξω, Præt. τέτηκα.

Solvo. Τίκτω, Fut. τέξω, Aoriſt. 2. ἔτεκον, Præt. Med. τέτοκα.

Vulnero. Τίνω vel πίω, Fut. πίσω.

Perforo. Τιτρώσκω, ἐπίτρωσκον, Fut. τρώσω, Aor. 1. ἔτρωσα, Præt. τέτρωκα à τρόω, ῶ.

Tolero. Τρήω, Fut. τρήσω à τρέω.

Nutrio. Τλάω, Fut. τλήσω, Aoriſt. 2. ἔτλαν à τλῆμι.

Curro. Τρέφω, Fut. θρέψω, Aoriſt. 1. ἔθρεψα, Præt. med. τέτροφα, paſſ. τέτραμμαι, Aor. 2. ἐτράφην.

Timeo. Τρέχω, Fut. θρέξω, Præter. δεδράμηκα à δραμέω, Aor. 2. ἔδραμον ab antiquo δράμω.

Comedo. Τρέω, Fut. τρέσω.

Sum, Sortior, Nanciſcor. Τρώγω, Fut. φαγῶμαι, Aor. 2. ἔφαγον à φήγω.

Τυγχάνω, ἐτύγχανον, Fut. τεύξομαι à τεύχω, Præt. τετύχηκα à τυχέω, Aor. 2. ἔτυχον.

Υ

Pluit. Ὗει, Fut. ὕσει, Aoriſt. 1. ὕσεν.

Suſtineo. Ὑπέχω, Fut. ὑποσχήσω, Præt. ὑπέσχηκα, Aor. 2. ὑπέσχον.

Promitto. Ὑποσχνοῦμαι. Fut. ὑποσχήσομαι, Præt. ὑπέσχημαι. Aoriſt. 2. med. ὑπεσχόμην.

Dormito. Ὑπνόω. Fut. ὑπνώσω.

Φ

Dico. Φάσκω, Imperf. ἔφασκον, cæteris caret.

Fero. Φέρω. Fut. ὄισω, ab ὄιω, Præter. ἐνήνοχα. Aoriſt. 1. ἤνεγκα, Aor. 2. ἤνεγκον ab ἐνήνοχα.

Fugio. Φεύγω, Fut. φεύξομαι & φύσομαι, Præt. med. πέφυγα, Aor. 2. ἔφυγον.

Aio. Φημί, Futur. φήσω, Aoriſt. 1. ἔφησα, Aoriſt. 2. ἔφην. Inſi. φάθι.

Prævenio. Φθάνω, ἔφθανον, Futur. φθήσω à φθάω, Præter. ἔφθακα, Aoriſt. 1. ἔφθησα, & Aor. 2. ἔφθην à φθῆμι, Particip. φθάς.

Tabeſco. Φθίνω, Futur. φθίσω à φθίω.

Corrumpo.

Corrũpo. Φθείρω, Fut. φθερῶ, Præt. med. ἔφθορα.
Cruento. Φοινίκω & φοινίζω, Fut. φοινίξω.
Horreo. Φείσσω, Fut. φείξω, Præt. πέφευγα.
Produco. Φύω, Fut. φύσω, Præt. πέφυκα, Aoriſt. 2. ἔφυν à φῦμι.

X

Gaudeo. Χαίρω, Futur. χαρήσομαι, Aoriſt. 2. ἐχάρην.
Sævio. Χαλεπαίνω, Fut. χαλεπανῶ, Aoriſt. 1. ἐχαλέπηνα.
Dehiſco. Χάσκω, Futur. χανοῦμαι, Præt. med. κέχηνα. Aoriſt. 2. ἔχανον à χαίνω.
Fundo. Χέω, Futur. χεύσω à χεύω, Aoriſt. 1. ἔχεα, Infinit. χέαι.
Coloro. Χρωννύω & χρώννυμι, Futur. χρώσω, Præt. paſſ. κεχρώσμαι.
Fundo. Χυώω & χύω, Fut. χύσω.
Obruo aggere. Χωννύω & χώννυμι, Fut. χώσω à χώω inuſitato.

Ω

Pello. Ὤθω & ὠθέω, Fut. ὤσω & ὠθήσω, Aoriſt. 1. ἔωσα, Præt. ἔωσμαι.
Emo. Ὠνέομαι, Futur. ὠνήσομαι, Præt. ὤνημαι & ἐώνημαι, Attice, unde ἐωνημάμην.
Concitavi Ὦρσα ab ὀρόω, Fut. ὀρύσω, Aoriſt. 1. ὦρσα, & per ſyncopen ὦρσα, vel ὄρω, ὤρσω, ὤρσω, Æolicè.

ADVERBIVM.

Adverbium eſt aut primarium, ut νῦν nunc, τότε tunc aut derivativum in σι, ut ἑλληνιστὶ Græcè, ῥωμαϊστὶ Latinè item in δον, ut κυνηδὸν caninè: in βα, ut κρυβδὴν ſecretò in ει, ut παντευδεὶ omninò, prorſus.

A Genitivo plurali nominis adjectivi ducitur adverbium in ως, ut πᾶν ἀληθῶν, ἀληθῶς, verè; πᾶν ὀξέων, ὀξέως, acutè.

Porrò δε, σε, ζε, adjectiones ſyllabicæ, notæ ſunt ad locum; θεν, θε, de loco; θι, σι, χῦ, χῆ, in loco: ut οὐρανόθε, ad cœlum; οὐρανόθε de cœlo; παντοθι, παντοχῦ, παντοχῆ, ubique, ubivis, ἀεὶ, ἦει, ἀγα, βει, δα, ζα, βυ, λα, λι, aliæ præfixæ dictionibus, earum adaugent ſignificata, ut δῆλος, manifeſtus,

manifestus, ἀεί δηλος vel ἐεί δηλος, valde manifestus: νη & νι in compositione privant, δυ facilitatem, δυς difficultatem seu malignitatem indicat.

Αλφα, in compositis privat, conjungit, & auget, ut χάρις gratus, ἄχαρις ingratus; πάντες omnes, ἅπαντες omnes simul: ἄξυλος lignis plenus.

Adjectiva neutralia sæpè adverbiascunt.

CONIVNCTIO.

Conjunctiones copulativæ: καί, &; τε, que; ἠδὲ, poëticè atque; καὶ μὴν τοὶ, atq; καὶ μὴν καί, quinetiam; καὶ τοὶ καί, atque adeò; καὶ δὴ αὖ, rursus etiam; ἠμὲν, ἠδὲ, poëticè tum tum.

Connexivæ seu conditionales: εἰ cum compositis ἐὰν, ἄν, ἢν, κε, si; εἴπερ, εἴδη, εἰδήπερ, siquidem; ἐπεί περ, ἐπειδήπερ, ἐπειδήπερ, ἐπειῤῥ, ἐπειή, si, cum, postquam, quandoquidem; εἰμή, ὅπλι, μὴν, nisi; εἰδὲ μὴν, sin minùs, alioqui; εἰγῦν, si saltem; εἰδ' ἄρα, sin verò.

Discretivæ: μὲν quidem; δὲ, verò, γε, ἀτὰρ, ἀλλὰ, sed, verùm, μέν τοι, sanè, sed; μέν τέπτε, μέν τέγε, nimirum, tamen; δέγε, δέπτε, δέτοι, autem; δὲ, δή, porrò, autem.

Adversativæ, καίπερ, εἰκαὶ, κἄν, κἄν εἰ, etsi.

Redditivæ: ὅμως, δήπτε, γεδήπτε, ἔμπης, tamen; ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δή, ἀλλὰ μέν, ἀλλὰ ἦν, at enim, sed tamen, atqui, at verò; καί τοι, καί τόγε, atque, sed, quanquam.

Disjunctivæ: ἤ, ἤτοι, ἤπτε, vel, aut, sive.

Causales: γὰρ cum præpositione, καί γὰρ, ἤ γὰρ, γὰρ τοι, γὰρ αὖ, γάπου, γὰρ δήπου, nam, enim, etenim; ἃ γὰρ ἀλλὰ, enim verò; ὅτε, διὸ, διότι, καθότι, ὕτεκα, Poëticè, quid, quod; ἐπεί, postquam; ἵνα, ὡς, ὅπως, ὅφρα, Poëticè, ὄφρα, ut.

Rationales seu collectivæ: ἦν, ἄρα, τοὶ, δή, τοιγάρτοι, τοιγαροῦν, ἐκεῖν, τέτυκται, καί, δή, τύτυκα, Poëticè; quare, ideo, igitur, idcircò, ergo.

Dubitativæ: ut ἆρα, num? μῶν, nunquid?

Potentiales: ut ἄν, κε, vel; κεν, utique.

Expletivæ; quæ nihil significant, sed carmen explent, μὲν, δὴν, νὺ, πού, τοὶ, αὖ, πέρ, μήν, δήπτε, γε, δή, πω, ἄρ, κέν, &c.

Præpositio

PRÆPOSITIO.

Præpositiones sunt octodecim.

- Monosyllabæ sex:
  - ἐν, &, Poëticè ἐνὶ, in.
  - εἰς, & Atticè ἐ'ς, ad, in.
  - ἐκ } ex } ante consonantem.
  - ἐξ } ante vocalem.
  - σὺν, cum.
  - πρὸ, ante.
  - πρὸς, ad, à, coram.
  - ἀνὰ, per.
  - κατὰ, secundum, contra.
  - διὰ, propter, per.
  - μετὰ, cum, post.
  - παρὰ, à, apud, contra.
- Dissyllabæ duodecim.
  - ἀντὶ, pro.
  - ἐπὶ, in, super, propter, ad.
  - περὶ, de, circa.
  - ἀμφὶ, de, circum.
  - ἀπὸ, à vel ab.
  - ὑπὸ, sub.
  - ὑπὲρ, super, pro, supra.

SYNTAXIS.

Convenientia Nominis & Verbi.

Verbum cohæret cum Nominativo, numero & personâ: ut Πολλάκις τοῦ χ' ὁ πονηρὸς ἀνὴρ χρηστὸς εἶναι. Sæpe etiam malus opportuna loquitur.

Exceptio.

Neutra plurali gaudent Verbo singulari; aliquando etiam masculina & fœminina: τὰ ἀργύρια ὑπακούει τοῖς πᾶσι. Pecuniæ obediunt omnia.

Ἄμφω & ἀμφότερα quamvis dualia, sæpe junguntur pluralibus Aristoph. ἐξ ἀμφοῖν ψευδῆν, ex utrisque falsis. Isocrat. δύο ταῦτα καιροὶ τοῦ λέγειν, duo loquendi tempora constituit.

Regula.

Genitivus per Antiptosin ponitur loco Nominativi Attici: ut ὄφελόν μοι τοῦτο γένοιτο, pro τοῦτο, utinam illud fiat.

Convenientia Substantivi & Adiectivi.

Adjectivum cum Substantivo, casu, genere & numero consentit: ut Χρηστὸς ἀνὴρ ἔστι κοινὸν ἀγαθόν. Vir bonus est commune bonum.

Exceptio.

Poëticè & Atticè, nec casu, nec genere, nec numero conveniunt: ut κόσμος γυνὴ, ornata mulier. Ἵππότα Νέστωρ, eques Nestor.

Observatio.

Adjectiva composita & derivata in ος desinentia, ferè communiter accipiuntur: ut πανοῦργος ἀνὴρ, ἀνδρεῖος ἀνὴρ. Fortuna injusta esse cœca fertur.

Adjectiva sæpè permutant suum Substantivum in genitivum: ut pro φαῦλοι ἄνθρωποι, φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων. Impij homines.

Sæpè usurpantur Substantiva pro Adjectivis: ut μαγικὴ τέχνη, ars magica. πῶς ἐλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον. Græcam linguam didici.

Convenientia Relativi & Antecedentis.

Relativum cum Antecedente concordat genere numero & personâ: ut χάριν ὅτι δὲ ἡ τιμὴς, ἣν με τιμᾷτε. gratias ago pro honore, quo me honoratis. *Haliear.*

Attrahitur Relativum & Antecedens eodem casu ponuntur: ut χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω: utor libris quos habeo.

Syntaxis Substantivi.

Ponitur genitivus sæpè per Eclipsin in nominibus participijs: Νικᾷν ὁ Κόδρου subaudi ἦν Θ; εἰς ἅδου, ad inferos subaudi οἶκον, & per defectum vocis ἕνεκα, ut μακάριος ἦν πίστεως, beatus propter fidem.

Genitivus per se positus est abominantis: ut ὦ ἀναιδείας O impudentiam!

Adiectiva.

Adjectiva neutralia non rarò fiunt Adverbia: ut ἀξίως, digne, feliciter; καλὰ, pulchrè; τὰ πρῶτα, primùm; τὰ ἀρχαῖα, olim; μέτρια, mediocriter, ἁλυπότατα, lætissimè.

Genitivus post Adiectiva.

Adjectiva, quæ desiderium, notitiam, ignorantiam, peritiam, inopiam, dignitatem, differentiam, damnationem &c. denotant, Genitivum adsciscunt: ut ἔρως ἦν ἀρετῆς Gloriæ perditè cupidus. ἄπειρος ἦν πολέμου peritus.

Regula.

Nomina partitiva, infinita, interrogativa, & numera-
, item comparativa & superlativa genitivo gaudent;
ωρων ἢ ζωων. Vnumquodque animalium.
Comparativa cùm exponuntur per quàm, genitivum
scisunt: ut τ πολυτροπωτερ μουνης ἑδεν χειρεωτερον ἄλλο:
hil vanius curiositate.
Nomina etiam que superlativorum naturam induunt,
dent genitivo; ut ἔξοχος πάντων, præcipuus omnium:
δεων. Diva dearum.

Adiectiva.

Adiectiva quibus commodum, incommodum, similitu-
, dissimilitudo, contrarietas, &c. significatur, in dati-
um transeunt, ut φίλ ϑ σοὶ, amicus tibi. ἐναντ ϑ νόμῳ,
dversus legem.
Huc referuntur adiectiva ex σὺν & ὁμὸς composita: ut
ύγρος ϑ, ὁμόγλωσσ ϑ.
Quædam quæ similitudinem significant, etiam, geniti-
o gaudent: ut ὅμοι ϑ ἀνθρώπῳ.

Accusativus post Adiectiva.

Adiectiva, si subintelligatur κατὰ, accusativum regunt:
πατρίδα Ρωμαῖος; Romanus patriâ. *Theog.* οὐδεὶς ἀν-
πων αὐτὸς ἅπαντα σοφὸς, Nemo hominum in omni-
sapiens est.

Constructio Pronominis.

Genitivus Pronominis primitivi loco possessivi ponitur:
πατήρ μου pro πατὴρ ἐμὸς:

Regula.

Pronomina quandoque construuntur loco adverbiorum:
ὡς ἔτι, proinde, ταύτῃ, hoc pacto;

Nominativus

Nominativus post Verbum.

Verba substantiva πυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω, γίγνομαι, & illa Poëtica πέλω, πέλομαι, τελέθω, χύω. Sum. Item Verba vocandi passiva, & verba gestus, utrinque nominativum expetunt: ut Κακῶν ἐπικάλυμμα ἔστιν ὁ πλοῦτος; multorum malorum operculum sunt divitiæ.

Observatio.

Verbo πυγχάνω eleganter postponitur participium ὤν cum alio nominativo: ut Σωκράτης πυγχάνει ὢν σοφός. Socrates est sapiens. Sin Participium sequatur, omittitur ὤν: ut Σωκράτης πυγχάνει περιπατῶν. Socrates ambulat.

Observatio.

Mutatur nominativus aliquando in genitivum, ut Κρῖσος ἔστι πλουσίου, id est, πλούσιος, Crœsus est dives.

Genitivus post Verbum.

Verba incipiendi, desinendi, appetendi, amandi, recusandi, participandi, admirandi, accusandi, parcendi, privandi, abstinendi, contemnendi, imperandi, fruendi, egendi, consequendi, implendi, differendi, excellendi, vendendi, genitivo gaudent, ut τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμεθα, a dolore vitam auspicamur.

Verba sensus gaudent genitivo, præter illa quæ ad visum pertinent. Attice verò omnia verba sensus accusativum regunt.

Quibuslibet verbis additur genitivus absolutè sumptus: ut ἐμοῦ διδάσκοντος, & Attice accusativus.

Dativus post Verbum.

Verba acquisitivè posita, item sequendi, certandi, pugnandi, utendi, gaudendi, juvandi, dandi, reprehendendi, exprobrandi, conveniendi, colloquendi dativum exigunt: ut ὅμιλει τοῖς σοφοῖς, reliqua legito.

Quodvis etiam verbum admittit dativum significantem causam, aut instrumentum, aut modum [illegible]

χρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις. Argenteis pugna telis, ac omnia vinces.

Accusativus post Verbum.

Accusativus sequitur verba activa & eorum significationem habentia; ut γεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, τοῦτο ἴσον. Mortuum curare, & senem erudire, idem est.

Hæc variam habent constructionem, ut ἐπιλείπει μοι καὶ τοῦτο; Hoc mihi deest. ἄρχει τις τῆς πόλεως, καὶ τῇ πόλει; præest civitati. λοιδορῶ σοι, καὶ σε; convicior tibi. προσκυνῶ τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεόν; adoro Deum, cum multis alijs hujusmodi.

Verborum Passivorum constructio.

Passiva exigunt genitivum cum Præpositione, ὑπὸ, ἀπὸ, ἐκ & παρά: ut ὁ νοῦς ὑπὸ ὕπνου διαφθείρεται; *mens a somno corrumpitur*. Genitivus verò iste nonnunquam in dativum vertitur: ut πεπόνηταί μοι.

Regula.

Passiva per Synecdochen accusativo junguntur: ut κάπτομαι τὴν κεφαλήν.

Passiva regunt accusativum Activorum suorum: ut Μωρῷ ἀνδρὶ πιστεύεται τὴν ἀρχήν, quia dicimus: Μωρῷ ἀνδρὶ πιστεύει τὴν ἀρχήν; Stulto imperium non committimus.

Regula.

Plurima Activa passivè sæpè significant, & passivam habent constructionem: ut ἀναλαμβάνω, recreor; ἀναγκάζω, reflector; βάλλω, jactor; συνάπτω, conjungor; κρύπτω, occultor.

IMPERSONALIA.

Impersonalia exigunt
- Genitivum, δεῖ, δεῖται, μεταδίδει, opus est.
- Genitivum & Dativum, δοκεῖ, μέλει, μεταμέλει, μεταμέλει, διαφέρει, μέτεστι, ἐνδέχεται, fieri potest.
- Dativum, δοκεῖ, συμβαίνει, ἔξεστι, μέλει, γίγνεται, πρέπει.
- Accusativum cum Infinitivo, χρὴ, πρέπει, δεῖ, oportet.

Gerundia & Supina.

Pro Gerundijs & Supinis usurpant Græci infinitivum cum articulo, vel sine articulo: ut λέγειν ἀγαθὸς, dicendi peritus χαιρὸς τοῦ βουλεύειν, opportunitas auxiliandi ὁ τοῦ συμβουλεύειν, in studendo μεταλαβεῖν, ad orandum, vel oratu. ποιεῖν αἰσχρὸν, factu inhonestum.

Cùm significatur necessitas, utuntur Græci Adverbijs positionis, quæ regunt plerumque Dativum vel Accusativum: ut ἰτέον μοὶ, eundum est mihi. Sæpè regunt casus suorum verborum: ut μεμνῆσθαι θανάτου, de morte cogitandum.

PARTICIPIA.

Participia regunt casus suorum verborum: ut ὀλιγωρῶν παιδείας, contemnens disciplinam.

Participia ponuntur loco Nominum: ut πέζων ἓν εἰδὼς, pro εἰδήμων, arcuum peritus.

Nonnunquam Participia vice Verbi Infiniti ponuntur, plerunque verò in Verbis perseverandi & desistendi: ἀγαπῶν με διατελεῖς, perseverà me amare ὁ παύσομαι γράφων, non cessabo scribere. μέμνημαι ἰδὼν, memini me vidisse.

De articulo præpositivo.

Articulo præpositivo utimur in
- Exponendo, ut Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς, Alexander ille Rex.
- Demonstrando: ut ὁ ποιητὴς, id est, summus poëta, pro Homero.
- Distinguendo: ut κύων ὁ οὐρανοῦ, οὐχ ὁ γῆς, canis ille cœlestis, non terrestris.

Articulus si præponitur infinitivo, pro Nomine sumitur in omni casu: ut τὸ φρονεῖν, sapientia, τὸ φρονεῖν sapientiæ, τῷ φρονεῖν, in sapientiâ.

Item Adverbium cum articulo fit Adjectivum, ut τὰ ἔξω, externa; οἱ πέλας, vicini; τῷ πλησίον, vicino.

Articulus cum περὶ, ἀμφὶ, κατὰ, μετὰ, & similibus, vel cum nomine proprio, idem significat quod Nomen ipsum, vel comitatum: ut οἱ περὶ ἱερέα, sacerdotes; ἀμφὶ Πλάτωνα, Plato vel Platonici; οἱ μετ' Ἀχιλλέως, socij Achillis; κατ' ἀγορὰν, causidici.

Ponitur articulus præpositivus pro subjunctivo, ut τὸ ῥᾷον ἁπάντων, pro ὁ ῥᾷστον, quod facilimum.

Articulus cum genitivo substantivi significat possessionem, ut τὰ μητρὸς, facultates matris; τὰ Πλάτωνος, opera Platonis.

Articulus cum Conjunctionibus μὲν & δὲ habet locum in divisionibus, ut οἱ μὲν καλοὶ, οἱ δὲ κακοὶ; hi boni, illi mali.

Item adverbialiter, ut τῇ μὲν, τῇ δὲ, partim.

Articulus neutrius generis præponitur quibuscunque dictionibus τεχνικῶς, id est, pro seipsis acceptis, ut τὸ ἄνθρωπος, id est, hæc dictio, ἄνθρωπος; τὸ γυνὴ, hæc vox γυνὴ.

De Tempore.

Quæ significant partem temporis usurpantur frequentius in genitivo, nonnunquam in dativo & accusativo: ut νυκτὸς καὶ ἡμέρας, nocte dieque. εἰ κοπὴν ὅλοις ἔτεσιν, ὅλῳ ἔτει.

De Loco.

Græci sæpissimè in locis designandis utuntur proprio nomine loci cum præpositione, vt ἐξ Ἀθηνῶν; εἰς Βρεταννίαν.

Aliquando usurpant Aduerbia

- in θι & σι pro in loco, ut οὐρανόθι, in cœlo; Ἀθήνησι, Athenis.
- in χῆ & χῖ, ut παντα χῆ ubique; παντα χῖ, ubivis.
- in δε, σε, & ζε, pro ad locum: ut οἶκαδε, domum; οὐρανόσε, in cœlum; Ἀθήναζε, Athenas.
- in θεν pro de loco, ut οἴκοθεν, domo.

ADVERBIA.

Adverbia loci, temporis, numeri, separandi, celandi, ordinis, causæ, comparationis & indignationis, genitivum post se recipiunt.

Ἄμα & ὅμυ gaudent dativo.

Μὰ & νὴ iurandi accusativo gaudent: ut μὰ Δία, non per Iovem; νὴ Δία, ita est per Iovem.

Ὦ gaudet nominativo, genitivo, accusativo, & vocativo; & est admirantis vel dolentis.

Ὧ circumflexum cum vocativo construitur, & est vocantis vel exclamantis.

Aliquando solus genitivus ponitur, omisso adverbio, τῆ τύχης, pro ὦ τῆ τύχη, O fortunam.

Regula.

Duæ negativæ apud Græcos plerumque vehementiùs negant.

Οὐ πω ante consonantes, οὐ πως & οὐ πωτι ante vocales locum habet.

Optandi particulæ, αἴθε, εἰ θε & ὡς præponuntur præter Imperfect. ὤφειλον seu ὄφελον, & Aorist. 2. ὤφελον sive ὄφελον sequente infinitivo, ut ἤλυθες ἐς πολέμοιο, ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι. Veniisti ex pugnâ, utinâ ibi periisses.

Eas

Ἕως pro quamdiu gaudet omnibus modis præterquàm imperativo.

Ὅταν ſubjunctivo, ὁπόταν optativo gaudet.

Regula.

Multa adjectiva fœminina, adverbiorum naturam induunt, ut ἰδίᾳ, *privatè*; δημοσίᾳ, *publicè*, ſic & ἀρχῇ & πρῶ ἀρχῶ, *in principio, vel prorſus.*

CONIVNCTIO.

Subjunctivo junguntur, ἐὰν, ἐπειδὰν, ἵνα, ὅφρα, ὅπως, ἕως, ὁπόταν, κἂν & ἄν pro *licet*, ὅπως pro πῶς indicativo.

Ὅτι *quòd*, gaudet indicativo, & aliquando optativo & ſubjunctivo, ſic δίον, καθότι.

Ἐπεὶ & ἐπειδὴ gaudent indicativo & infinitivo.

Ἐφ ᾧ *ob quod, propter quod*, indicativo, & infinitivo.

Ὡς & ὥστε ſubjunctivis & infinitivis inſerviunt.

Εἰ præcipuè indicativi præteritis, aliquando ſubjunctivo annectitur.

Ἄν poteſt præponi & poſtponi, cum accipitur
- διωνυμικῶς, omnibus modis inſervit niſi imperativo.
- Indefinitè, ſubjunctivo conſtruitur, aliquando optativo.
- Sæpiſſimè redundat, aliquando deeſt.

Ἄν præteritis perfectis nunquam adjungitur.

PRÆPOSITIONES.

Præpoſitiones ſunt
- Sex monoſyllabæ,
- Duodecim diſſyllabæ,

quæ ſerviunt Genitivo, vel Dativo, vel Accuſativo.

Ἐν ſoli dativo jungitur, ut ἐν οἴκῳ, in domo. Sed per eclipſin genitivo, ἐν ᾅδου, ſubaudi, οἴκῳ, in domo Plutonis.

Composita *in* significat, ut ἐμβάλλω, injicio.

Εἰς & ἐς Atticè Accusativo *in*, ut εἰς ὕδωρ γεάφω, in aquam scribo.

Composita *in* cùm accusativi significationem habet, ut εἰσάλλομαι, insilio.

Ἐξ sequente vocali, sed ἐκ sequente consonante genitivo gaudet, ut ἐξ ἀπορρήτου πρήγματα, ex otio negotium.

Composita auget, ut ἐκπίνω, ebibo; & idem significat quod ἔξω *extra*, ut ἐκβάλλω, ejicio.

Σὺν & ξὺν Atticè semper cum dativo, ut σὺν φίλοις cum amicis.

Composita conjungit, ut συμβάλλω, conjicio.

Πρὸς cum genitivo, *à*, ut πρὸς Φιλοῦ, ab amico, *officium*, ut ὐ πρὸς φιλοσοφίᾳ, non est Philosophi, *coram*, ut πρὸς ἐπισκόπου, coram Episcopo: jurandi quoque est nota, ut πρὸς χαρίτων, per Gratias.

Cum dativo significat *præter*, vel *ad*, ut πρὸς τοῖς εἰρημένοις λόγοις, præter illa quæ jam dicta sunt.

Cum accusativo, *ad* ut πρὸς γυμνάσιον, ad scholam; & adversum, ut πρὸς Ῥωμαίους, contra Romanos.

Composita significat *ad*, ut προσκαλῶ, advoco.

Πρὸ, *ante*, cum genitivo, ut πρὸ θυρῶν, præ foribus.

Composita *præ* significat, ut προβάλλω, præpono.

Præpositiones dissyllabæ

Παρὰ cum genitivo *à*, ut παρὰ κυρίου, à domino: *Excellentiam*, ut παρὰ πάντων τυγχάνει, omnes excellit. *Contrarium*, ut παρὰ λόγον, contra rationem.

Dativo juncta *propè*, *juxta*, *apud*, vel *cum*; ut παρὰ τῇ βασιλεῖ δύναμις, apud regem potentia.

Cum accusativo *motum ad rem*, ut παρὰ σε, *immoratio in aliquâ re*, ut παρὰ τὰ μαθήματα, in studijs mathematicis. Item *præter*, ut παρὰ πρέπον, præter decorum.

Composita *minus*, ut παρασυμβουλεύω, malè moneo, id est, adulterinus orator. Significat & *comparationem*, ut παραβάλλω, confero. *Contrarium* quoque, ut παράνομος, iniquus. Et *pro* ἐ, ut παρακολουθῶ, proximè sequor.

Ἀπὸ

Ἀνὰ *per*, cum ſolo accuſativo: ut ἀνὰ στρατὸν, per exercitum, ſed poëticè cum dativo.

Compoſita *re* ſignificat, ut ἀναπέμπω, recutro: itemque idem quod ἄνω, *ſurſum*: ut ἀναβαίνω, aſcendo.

Διὰ cum genitivo *per*, ut διὰ βίου, per vitam. *cum*, ut διὰ μαχαιρῶν, cum gladijs. *Potentiam*, ut δι' ἑαυτοῦ, ſuis viribus.

Accuſativo juncta, *propter*, ut διὰ φόβον, propter timorem.

Compoſita *dis* ſignificat, ut διαιρῶ, dividere.

Κατὰ cum genitivo, *contra*, ut κατὰ χριστιανῶν, contra Chriſtianos. *de*, ut κατὰ σπουδαίων, de ſtudioſis. *per*, in jurando, ut κατὰ Θεῶν, per Deos. *præ*, ut κατὰ χειρός, præ manibus. *ſupra*, ut κατὰ πετρῶν, ſupra petras.

Cum accuſativo *ſecundum*, ut κατὰ τύπον, ad exemplar. ut κατὰ δύναμιν, pro viribus.

Compoſita idem ſignificat quod κάτω, *deorſum*, ut καταβαίνω, deſcendo.

Μετὰ cum genitivo, *cum*, ut μετὰ φίλων, cum amicis: cum dativo poëticè *inter*, μετὰ πρώτοισι, inter primos.

Cum accuſativo *poſt*, ut μετὰ τὸν πόλεμον συμμαχία, poſt bellum auxilium.

Cõpoſita *mutationem* ſignificat, ut μεταφέρω, transfero.

Ἀντὶ cum genitivo, *pro*, ut ἀντὶ ἀγαθῶν ἀποδιδόναι κακὰ, mala pro bonis reddere.

Compoſita *contra* ſignificat, ut ἀντιστρέφω, converto.

Περὶ cum genitivo *de*, ut περὶ ψυχῆς, de animâ: *præ*, ut περὶ ἁπάντων, præ omnibus.

Cum accuſativo, *circa*, ut περὶ τὰ φοβερὰ ἡ ἀνδρεία, Fortitudo eſt circa terribilia.

Cum dativo *ex*, ut ὃν περὶ κηρὶ φιλῶ, quẽ ex animo amo, *Homer*.

Compoſita *circum* ſignificat, ut περιπατέω, obambulo. Item *excellentiam*, ut περικαλλὴς, admodum venuſtus: περίνεως, præclo.

Ἐπὶ cum genitivo *in* vel *circa*, ut βοῦς ὀπὶ γλαφύρῃ, bos in linguâ: *ſuper*, ut ἐφ' ἵππου, ſuper equo.

Cum dativo, *propter*, ut ὀπὶ πολέμοις, propter lucrum:

ἐπὶ, ὀπὶ τῷ βασιλεῖ, in regis potestate: *super*, ὀπὶ τῷ θεμελίῳ, super fundamentum: *post*, ut ὀπὶ τούτοις, posthæc.

Cum accusativo *ad*, ut, ὀπὶ τὸς διδασκάλους, ad præceptores: *propterea*, ὀπὶ τοῦτο: *contra*, ἐπ' ἐμὲ, adversus me.

Composita *in* seu *super* significat: ut ὐπιγράφω, inscribo: item *sero*, ut ὐπιμυδεύομαι, post factum consulo.

Ἀμφὶ cum genitivo *de*, ut ἀμφὶ ἀστέρων, de astris.

Cum dativo, *pro*, poëticè significat, ut ἀμφὶ Ὀδυσσῆι, pro Vlysse.

Cum accusativo *circa*, ἀμφὶ τὸ λουτρὸν ἔρχεσθαι, circa diluculum.

Composita *circum* significat, ut ἀμφιβάλλω, circumjicio.

Ἀπὸ cum genitivo *à*, ut ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, à capite, ἀπ' ἀρχῆς, ab initio.

Composita *auget*, ut ἀποτείνω extendo: *Contrarium* significat, ut εὐχομαι, precor, ἀποὐχομαι imprecor: *Exemplum* etiam significat ἀπὸ, ut ἀπογράφω, describo.

Ὑπὸ cum genitivo *sub*, ut ὑπὸ κόλπου, sub sinu: *propter*, ὑπὸ αἰδοῦς, propter pudorem.

Cum dativo *sub*, ὑπὸ τῇ λεοντῇ πίθηκος, sub pelle leoninâ simia

Cum accusativo *subter*, ut ὑπὸ γῆν, subter terram.

Composita *diminutionem* notat, ut ὑποδιδῶ, subvereor: *Improbitatem materiæ*, ut ὑπόχρυσος, aurum nequâ.

Ὑπὲρ cum genitivo *pro*, ut ὑπὲρ ἡμῶν, pro nobis: *de*, ut ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, de umbrâ asini: *supra*, ὑπὲρ κήπων ὄρος κεῖται, supra hortos mons est.

Cum accusativo *supra*, ut ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ, supra hominem sapit: *præter*, ut ὑπὲρ μοῖραν, præter fatum.

Composita significat *super*, ut ὑπερβάλλω, superjicio; ὑπερβαίνω, transeo; ὑπερασπίζω, defendo. *Augmentum*, ut ὑπεραίνομαι, nimis insanio.

Præpositiones aliquando suis casibus postponuntur, ut εἰρήνης πέρι, tonúsque retrahitur.

Translato accentu, præpositiones fiunt verba, ut ἔξ pro ἔξεστι licet; ἔν pro ἔνεστι, inest, adest, πέρι pro πέρεστι, supra modum, supereſt, sic ἄρα, surge, pro ἀνάστηθι.

Pecu-

Poëtæ sæpè præpositiones per Tmesin dissolvunt, ut κατὰ δὲ ἔκλυσε, pro κατέκλυσε.

Figurata constructio.

Figuræ constructionis communes sunt Græcis cum Latinis, sed vsitatissima est in Græcâ linguâ Enallage, quâ una pars cum aliâ, modus cum modo, tempus cum tempore, itémque genus cum genere, casus cum casu, numerus cum numero permutatur.

Infinitivus sæpissimè loco imperativi usurpatur per Enallagen modi, ut.

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Semper optimè te gere in bello, & esto alijs præstantior.

De accentibus Regula quædam generales.

Omnis acutus finalis in Orationis contextu vertitur in gravem, præter τίς interrogativum.

Si ultima syllaba sit brevis, accentus erit in antepenultimâ, ut φιλάνθρωπος.

Si ultima fuerit longa, acutus erit in penultimâ, ut μισανθρώπους.

Excipiuntur Attica, ut τῆς πόλεως; Participia præteriti passivi, ut τετυμμένος; Verbalia in ός, έα, έον, ut γραπτός, γραπτέα, γραπτέον; & composita cum nomine à præterito medio, quæ si activè capiuntur, acuunt penultimam, ut μητροκτόνος, matricida; πρωτοτόκος, primò enixa: passivè, antepenultimam; ut μητρόκτονος, à matre occisus; πρωτότοκος, primò-genitus.

Longa naturâ ante finalem brevem, si tonum habuerit, circumflectitur, ut σῶμα.

In contractione ex acuto & gravi fit circumflexus, ut ποιέει, ποιεῖς.

Ex gravi & acuto fit acutus, ut ποιέῃτω, ποιεῖτω.

Ad finem diphthongi in fine dictionis in ratione accentuum pro brevibus habentur.

Adver-

Adverbium οἴκοι, domi, excipitur, nam οἶκοι, sunt ædes, ab οἶκος.

In tribus prioribus declinationibus nominum simplicium.

- Si acutus sit in ultimâ syllabâ
  - Genitivus & Dativus circumflectitur in omnibus numeris, ut θεός, θεοῦ, θεῶν.
  - Acutus in reliquis casibus manet, ut θεὸν, θεοὶ, θεοὺς.
- Si accentus erit in penultimâ, ubique manebit, ut λόγος, λόγου, λόγῳ.
- Si circumflexus fuerit in penultimâ, mutatur in acutum, quoties ultima sit longa, ut οἶκος, οἴκου, οἴκῳ.
- Acutus in antepenultimâ, transfertur in penultimam, cùm ultima sit longa, ut ἄνθρωπος, ἀνθρώπου.

Genitivus pluralis primæ & secundæ declinationis in ultimâ circumflectitur, nisi in genitivis fœmininis paroxytonorum in ία, ut γυμνασίων, μαγειῶν.

In quintâ declinatione.

- Acutus in ultimâ recti erit in penultimâ obliquorum, ut πειθὼ, πειθοῦς, πειθοῖ, sin penultima fuerit longa naturâ, circumflectitur, quoties ultima sit brevis, aut anceps, ut σωτὴρ, σωτῆρος.
- Acutus vel circumflexus in penultimâ recti, transfertur in antepenultimam obliquorum, cùm ultima sit brevis, ut βῆμα, βήματος; μάρτυρ, μάρτυρος.
- Acutus in antepenultimâ recti, permanet quoties ultima sit brevis, vel anceps, ut σπέρμα, σπέρματος, sed cùm ultima sit longa, accentus occupabit penultimam, ut σπερμάτων.

Monosyllabæ quintæ declinationis acuuntur in genitivo, dativo singulari, & dativo plurali in ultimâ, ut πῆχυς, τῷ πήχει, τοῖς πήχεσι.

In genitivo-plurali, & genitivo & dativo duali, in ultimâ circumflectuntur, ut πήχεῖν, πήχεων.

In accusativo singulari, in nominativo, accusativo, vocativo duali & plurali, penultima circumflectitur, si

naturâ longa, ut χεῖ ες, χεῖ ρε, χεῖ ρες, χεῖ ρας.

Excipe participia δεὶς, δεὶν\Θ, δεῖντα, ὢν, ὸν\Θ, ὄντα, item genitivos παύδων, τρώων, πάντων, δάδων, δμώων, ῥώτων, luminum. Nam monosyllaba circumflexa retinent tonum in priore. Sic πᾶσι à πᾶν, item τίς interrogativum, tonum habet in priore per omnes casus; sed τὶς indefinitum & encliticum, tonum habet semper in posteriori syllabâ, præterquam ubi amittit eum ratione inclinationis.

Nullo accentu notantur, ὅ, ἢ, ὁί, αἱ, εἰς, ἐς, ἐν, ὀκ, ἐξ, ἐκ, νκ, εἰ, ὡς.

Encliticæ dictiones.

Enclitica dictio est, quæ proprium accentum transfert in dictionis præcedentis finalem syllabam, eam acuens, ut ἄνθρωπός τινΘ.

Dictiones encliticæ sunt in

- Nomine τὶς quidam, indefinitum, sed τίς interrogativum acuitur in primâ.
- Pronomine encliticæ sunt μὲ, μοὶ, μὲς σὲ, σοὶ, σὲ, ἕ, οἱ, ἑ. Post præpositiones autem & ἔνεκα vel εἵνεκα, & disjunctionem ἢ non inclinant.
- Verbis εἰμὶ, φημὶ in omnibus personis indicativi præsentis; exceptâ secundâ singulari.
- Adverbijs πότε, πόθε, πῶ, πῆ, πῶς, πὶ indefinita habentia accentum in ultimâ. Hæc interrogativa in penultimâ habent accentum, & non inclinant.
- Conjunctione duæ copulativæ, κὲ, τε, expletivæ innumeræ, ἐκ, γε, νυ, θρ, περ, &c.

Inclinant, quando præcedens dictio habet vel

- Acutum in antepenultimâ, ut ἄνθρωπός τις.
- Circumflexum in penultimâ, ultimâ existente brevi, ut σῶμά τι.

Amittunt verò accentum encliticæ dictiones, cum præcedens habet vel

- Acutũ in penultimâ, ut λόγΘ σε.
- Circumflexum in ultimâ, ut ὁρῶ σε.
- Acutum in ultimâ, ut ἀγαθόν τι.

Verbum

Verbum ἐστι
- Habet acutum in primâ, quando est initium orationis, vel postponitur immediatè Adverbijs, ὄκ, ὡς, χὴ, εἰ, ἀλλὰ, τοῦτο.
- Amittit accentum post dictionem, quę vel acuitur, vel circumflectitur in ultimâ, ut ἑρμῆς ὅστι.
- Retinet tonum in ultimâ, quando dictio præcedens habet acutum in penultimâ, vel circumflectitur in penultimâ, cujus ultima positione longa est, ut λόγῳ ὅστι; φοίνιξ ὅστι.
- Inclinat accentum si præcedens dictio sit circumflexa in penultimâ, ultimâ existente brevi, ut φαῦλὸς ὅστι, vel acuta in antepenultimâ, ut ἄνθρωπος ὅστι.

Figuræ dictionis.

Prothesis.

Prothesis est litera vel syllaba principio dictionis addita, ut τετράγων, pro τάγων, à τάζω, apprehendo; σμικρὸς parvus, pro μικρὸς.

Aphæresis.

Aphæresis est, cùm litera vel syllaba principio dictionis subtrahitur, ut ὀρτὴ pro ἑορτὴ, festum; ἐὸς, pro ἱερὸς, sanctus.

Syncope.

Syncope literam vel syllabam è medio dictionis subtrahit, ut εὑρέμην, pro εὑρησάμην, inveni; ἐγέννατο, pro ἐγενήσατο, natus est.

Epenthesis.

Epenthesis est, cùm medio dictionis litera aut syllaba interjicitur, ut ἔλαβε, pro ἔλαβε; πότερος, pro πότερος, uter.

Apocope.

Apocopè fini dictionis aliquid detrahit, ut δὲ pro

μα, domus; ποσειδῶ pro ποσειδῶνα, Neptunum; ῖ pro βείαροι.

Paragoge.

Paragoge est, cùm extremæ syllabæ aliquid adjungi-, ut ἦδεα pro ἦς, eras; πίπτεσκε pro ἔπιπτε, verbe-at.

Metaplasmus.

Metaplasmus est mutatio ultimæ syllabæ in eodem ca-, ut κλαδὶ pro κλάδῳ, ramus. Metaplasmus verò neris est quævis mutatio in dictione per Poëticam li-tiam.

Antithesis.

Antithesis (nonnulli ἀντίστοιχον vocant) est literæ mmutatio, ut πόρσω pro πόρρω, procul; θάλαπτα pro λασσα, mare.

Metathesis.

Metathesis est literarum ordo immutatus, ut ἔρξω, pro ῥέ-ω, faciam; ἔπραδον pro ἔπαρδον, à πέρδω, vasto; ἐδρα-ον, pro ἔδαρκον, à δέρκω, video; καρτερὸς, pro κραπερὸς, ortis; κάρτος pro κράτος, robur.

Synalœpha.

Synalœpha est elisio quedam vocalis ante alteram in di-ersis dictionibus, ut τἀμὰ pro τὰ ἐμὰ, mea; τὄνομα pro τὸ ὄνομα; ἱμάπιον pro τὸ ἱμάπιον, vestimentum; ὦπαν pro ὦ ἑπᾶν, ab ἕπης, ô amice vel amici.

Anadiplosis.

Anadiplosis (id est, reduplicatio) est primarum vel se-undarum syllabarum repetitio, ut κεκάμωσι pro κάμωσι; ἀτερπὲς pro ἀτὲς; ἐπίτυμον pro ἔτυμον.

Prosodia, sive de carminum ratione.

QVid sit Pes, quid Tempus, quid Syllaba, quid Scan-sio, præterimus tanquam nota ex Prosodiâ Latinâ. Hic tantùm meminerint pueri, ε, ο, breves esse; η, ω, cum iphthongis omnibus longas esse naturâ; & α, ι, υ, ancipi-

Scansioni

Scansioni accidunt apud Græcos, Apostrophus, Synecphonesis, Diæresis & Cæsura.

Apostrophus est cùm eliduntur ε, ο, α, ι, αι, οι, sequente dictione à vocali vel diphthongo incipiente. Sed hoc pro carminis ratione vel observant vel omittunt Græci, ut Homerus:

ὦ γύναι ἦ μάλα τόδε ἔπος νημερτὲς ἔειπες.

ô mulier maximè hoc verbum dixisti verum.

Sæpè etiam ante consonantes abijciuntur vocales & diphthongi, ut

παρ' μοὶ οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρουσι.

Adsunt ei fructus quotquot tempestivè ferunt arbores.

Aliquando eliditur prima vocalis sequentis dictionis, ὦ γαθὲ, ô bone; ὦ ναξ, ô rex; ὦ ἀνθρωπος, ô homo, pro ὦ ἄνθρωπος.

Συνίζησις } Synecphonesis est duarum syllabarum in
Συνίζησις } unam contractio, ut Homer:

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς.

Cum aureo sceptro, supplicavit omnibus Achivis.

Diæresis est, ubi ex unâ syllabâ dissectâ fiunt duæ, ut παῖς pro παις, εὔφρον pro ἔυφρον.

Cæsura est, cùm post pedem absolutum, syllaba brevis in fine dictionis extenditur, cáque fit apud Græcos post primum, secundum, tertium, quartum, & etiam quintum pedem.

Ancipitum vocalium quantitas decem modis cognoscitur.

Positione.
Vocali ante vocalem.
Accentu.
Contractione.
Dialecto.
Derivatione.
Compositione.
Incremento.
Regulâ.
Exemplo seu authoritate.

Positio.

Vocalis brevis ante duas consonantes, aut duplicem eádem dictione, aut in diversis positione longa est.

Tamen aliquando eliditur nullâ positione factâ, Ἀπρήκτων ἐπέων χρατὸς πολύφρων ἀρήιος.

Horâ vespertinâ crocitat clamosa cornix. Et nonnunquâ apud Latinos, ut Cicero in Aratum.

Delphinus jacet haud nimio lustratus nitore.

Vocalis brevis ante mutam sequente liquidâ communis redditur. ut ante πῆ, κλ, μν, & nonnunquam ante solam liquidam, ut apud Homerum:

Αὐτὰρ ὃ ἕλωρα τοῖσι κύνεσσι.

Fecit ipsos escas canibus.

Vocalis ante vocalem.

Vocales longæ & diphthongi, breves esse possint pro arbitrio, si modò subsequens dictio à vocali aut diphthongo incipiat.

Vocalis brevis ante longam vel diphthongum corripitur, nisi producatur licentiâ Poëtica. Licentiâ enim cùm ante, tùm post liquidas sunt communes.

Accentus.

Vltima brevis est, quando penultima circumflectitur, ut ὦρα; cùm penultima naturâ longa accentum acutum habeat, anceps, quæ est in ultimâ, producitur, ut ὥρη, hora; quando masculinum habet accentum in antepenultimâ in ος vel ον purum, fœmininum ejus longum est in ultimâ, ut ἄγιος, ἁγία.

Si anceps habet acutum in penultimâ, ultima brevis erit, ut φύσις, natura.

Omnis syllaba circumflexa, longa est naturâ, ut πῦρ, ignis.

Contractio.

Omnis syllaba ex contractione facta, longa est, ut ἐδέετε, ἐδεῖτε.

Dialectus.

A { Doricum natum ex α, longum est.
Æolicum breve est, ut ῥύμφα pro ῥύμφη.

Ionicum breve est in penultimis præteritorum, & in tertijs personis pluralibus passivis, ut τετύφαται, & in penultimâ Ionicorum præteritorum, ut μεγάα.

Verùm α Ionicè interpositum verbis in αω longâ syllabâ antecedente producitur, uti etiam in tertijs personis Ionicis verborum in μι, ut πίθαται.

I Deriva-

Derivatio.

Derivativa eandem cum primitivis quantitatem plerunque sortiuntur, ut νικάω, vinco; νίκη, victoria; ὁ νικητὴς, victor; primâ ubique longâ. Sed producuntur ἡ, ἡ ἀΐδιος, æternus, & ὁ, ἡ ἄϊνατος, perennis, ab ἀεὶ, semper, primâ brevi.

Compositio.

Composita simplicium quantitatem ferè sequuntur, ut ἡ τιμὴ honor, ὁ, ἡ ἄτιμος, inhonorus.

A privativa particula in compositione corripitur, ut ἄτιμος, inhonorus; ἀκλεὴς, inglorius. Particulæ etiam, ζα, ἀει, ἐει, βει, δυς, in compositione repertæ corripiuntur.

Incrementum nominum.

A incrementum Æolicum genitivorum longum est, ut Αἰνείαο, Μουσάων.

A incrementum quintæ declinationis breve est in

- Neutris in α, αι, αρ, ut σῶμα, corpus, κρέας, caro, νέκταρ, nectar.
- Fœmininis & masculinis in ας, ἡ Παλλάς, Pallas; ὁ μέλας, niger; in nominibus in ᾰλ, ut ἀραψ, ᾰβος, Arabs: & plurimis in ξ, κόλαξ, κος, adulator.
- Masculinis & Fœmininis in αρ & λς, ὁ μάκαρ, beatus; ἡ ἅλς, mare. Excipe, ἅρπη, harpe, ἅρπασος, sturnus.

Genitivus in αν ος, longus est, quod patet ex accentu, ut Τιτὰν, Τιτᾶνος, præter πάλαν ος, μέλαν ος.

Genitivus in αος, à nominibus in αυς, brevis est, ut ναῦς, navis, νεὸς, & à nominibus quæ syncopen patiuntur, ut παιᾶσι, ἀνδράσιν, μητράσι, brevia sunt.

Increme-

I Incrementum.

Incrementum.

Breve est in
- Nominibus neutrius generis, ut τὸ μέλι, μέλιτος.
- Fœmininis & masculinis Barytonis, in ιος, ιδος & ις, ut ἔρις, ἔριδος.
- Fœmininis acutitonis in ιδος, ut ἡ παρειάς, παρειάδος.

Longũ est in
- Fœmininis & Masculinis, quæ duas habẽt terminationes in recto, ut ἀδελφὶς, ἀδελφῖνος; ἀκμὴν, ἀκμῆνος.
- Monosyllabis, ut ὁ vel ἡ σὶν, σινὸς, lirtus; ἡ ῥὶν, nasus; ἡ ἶς vel ἶς, fibra; ὁ [illegible], vel λὶν, Genitivo λῖνος, leo; λὶς, λιτὸς, pannus; sed Διὸς, Διὸς, Iupiter, corripitur. Item ὄρνις, ὀρνῖθος, avis, penultimâ longâ, & εὐκνήμιδες passim apud Homerum.

Incrementum nominum in ξ & ψ, in quamplurimis breve est, ut ἡ θρὶξ, τριχὸς, capillus; ὁ χέρνιψ, χέρνιβος, pollubrum.

T Incrementum.

T incrementum breve est à
- Nominibus monosyllabis in υς, ὁ μῦς, μυὸς, mus.
- Neutris in υ, τὸ γόνυ, γόνατος, genu.
- Paroxytonis, oxytonis, & circumflexis in υς & υρ, ὁ νέκυς, νέκυος, mortuus; ὁ μάρτυς, μάρτυρος, testis.

Nomina in ων, quæ etiam in υς desinunt, producuntur, ut φόρκυς, & φόρκυν, φορκυνος, Phorcis.

Nomina in ξ, ψ, ferè habent breve incrementum, ut ὁ ὄνυξ, ὄνυχος, unguis; ὁ χάλυψ, χάλυβος, Chalybs. Excipiuntur γρὺψ, γρυπὸς, gryps; γὺψ, γυπὸς, vultur.

Quantitas verborum.

Mutabilis vocalis eandem quantitatem habebit in imperfecto tam activo quàm passivo omnium modorum, quam in participijs, quam habet in præsenti; ut κρίνω, iudico, ἔκρινον, κρίνομαι, ἐκρινόμην, κεκριμένος, primâ ubique longâ.

Verba in αὼ, producunt penultimam in præsenti & imperfecto, ut μολαὼ, contamino.

Verba in ἄνω penultimam corripiunt nisi formentur à futuro, ut αὐξάνω, ab αὐξήσω.

Verba in ὕω & ἴω quodammodò in penultimâ sunt communia.

Quantitas in Futuris & Aoristis.

Quantitas futurorum & aoristorum ex verborum formatione satis constat. Nonnulli tamen observant penultimam aoristi primi in tertiâ conjugatione, α, ι, vel υ habere breves, cùm sint breves in futuro. Idem volunt in verbis in ἄω, nisi ρ vel vocalis præcedit φ. tunc α longum erit.

Quantitas in Præteritis.

Sin anceps sit brevis in Futuro vel Aoristo primo, brevis quoque est in præterito perfecto activo & passivo, & in aoristo, & futuro primo passivo omnium modorum, ut γελάω, γελάσω, γεγέλακα, rideo.

Tertia persona pluralis præteriti in ασι semper longa est, ut Mimnermus.

Οὐκ ἀγαθὸν, κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι.
Non bonum: Parcæ autem nigræ nobis astant.

Participium fœmininum aor. primi in ασα longum est.

Quantitas Verborum in μι.

Propria reduplicatio Verborum in μι, nisi obstet positio, brevis est.

A secundæ conjugationis corripitur in plurali activæ vocis ubique, & in singulari imperativi, ut ἵστατον, ἵστατε, ἵστασαν, ἵστασαν, ἵστασαν, ἵστάθω, στάθι.

Quartæ conjugationis in singulari activæ vocis producitur in duali & plurali; & in toto passivo & medio corripitur.

In imperativo singulari corripitur υ in polysyllabis, in dissyllabis producitur, ut κλῦθι μου ἄρυσαι, Audi me Apollo.

Regulæ de primis & medijs syllabis nominum.

Anceps vocalis ante aliam, sive brevem, sive longam non corripitur necessariò, ut apud Latinos.

Α in superlativo semper corripitur, ut σοφώτατος.

No-

Nomina in ια acutitona quæ habent ultimam longam, penultimam corripiunt, ut σοφία, Μαχία.

Excipe ἀνία, triſtitia, κονία, pulvis, καλία, nidus, ὀρμία, linea piſcatoria.

ι breve eſt in
- Diminutivis in ιον, ut κορασιον, puellulus.
- Comparativis neutris, ut ἥδιον, ſuavius.
- Multis Adjectivis in ιος, ut ἄξιος, dignus.
- Multis Subſtantivis, ut βίος, βιοτος, vita.
- Nominibus poſſeſſivis & materialibus in ινος, ut ἀνθρώπινος, humanus; λίθινος, lapideus.
- Illis item quæ tempus ſignificant, ut εἰαρινὸς, vernus; θερινὸς, æſtivus.

Υ in pronominibus producitur, ut ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς.

In nominibus polyſyllabis in ωπη & υπης, υ corripitur. ἀγηθοσύνη, gaudium; βραδυπης, tarditas; γλυκυπης, dulcedo.

Exemplum ſeu authoritas.

Vltima ratio cognoſcendæ quantitatis ſyllabæ eſt exemplum ſeu authoritas, eadémque optima, certiſſima, & facilima, quam Poëtarum lectio multò facilius, quam regularum multitudo ſuppeditabit.

De ultimis ſyllabis.

A finita corripiuntur, ut ἡ τραπεζα, menſa, item μαια, μοιρα, πλανα, τειρα, ἴνα.

Producuntur
- Nomina in εα, ut θέα, spectaculum, in δα & θα, in εια, à verbis in ένω, ut προφητεία, & in ια præter δία, μία, πότνια.
- Polysyllaba in αια, ut σιλεναία, cum adjectivis in εῖα.
- Nomina in εα non præcedente diphthongo, ut χαρὰ, gaudium.
- Articuli fœminini numeri dualis, ut τὰ.
- Vocativus nominum in ας primæ declinationis, ut ὦ Αἰνεία.
- Dualis primæ & secundæ declinationis.
- Vocativi Poëtici, ut ὦ πολύδαμα.
- A Doricum in Genitivo, ut τᾶς Αἰνείας, pro Αἰνείου.

Αν finita corripiuntur, ut πρόπαλαν, ἄπυλαν, μέλαν.

Excipiuntur
- Πᾶν, nisi in compositis, nomina masculina in αν, ut Τιτᾶν, & adverbia, ut ὕπεραν, ultrà; λίαν, valdè.
- Αν primæ, ut Αἰνείαν, & secundæ declinationis, si habet accentuum in penultimâ, ut φιλίαν.

Ας finita corripiuntur, ut νέκταρ, ὄναρ, αὐτάρ, cæterùm, ἄδαρ.

Monosyllaba κᾶρ, λᾶρ, producuntur.

Ας finita producuntur, ut Αἰνείας, τὰς μύσας, ὁ Αἴας, πῶλας.

Corripiuntur
- Fœminina in ας, ut λαμπὰς; masculina, ut ὁ μέλας, μέγας; neutra, ut τὸ σίλας, lumen.
- Item adverbia, ut ἐνάς, ἀπρεμές.
- Item accusativi plurales quintæ declinationis simplicium, ut Τιτᾶνας, & ἡμέας, ὑμέας, σφέας.

Ι finita brevia sunt, ut μέλι, ὄπι, βίηφι.

Prod

Produ-cuntur
- Adverbia & Pronomina aucta per paragogen, ut νυνὶ, ἔτοσι.
- Item ι ab Atticis ex ε factum, ut ὁσδὶ pro ὅσδε, ταυτὶ, pro ταῦτα.
- Item χρῖ, & nomina literarum, ut ξῖ, φῖ.

Ιν finita corripiuntur, ut ἀρὶν, πάλιν, ἄειν, μὶν, νὶν, πὶν, τὶν, & syllabæ quibus ν additur, ut τύπτουσιν, ἔστιν.

Nomina duarum terminationum, ut ῥὶν, λὶν, δελφὶν, κλεῖν, producuntur.

Ις finita corripiuntur, ut πόλις, ἔρις, ἔριδος, τευχνὶς, τευχνίδος, δὶς, τρὶς, cum ejusmodi adverbijs.

Produ-cuntur
- Quorum augmentum est longum, qualia sunt ῥῖς, δελφῖς, ὄρνις, κτημῖς, σφραγῖς, & κλεῖς.
- Item monosyllaba præter τὶς infinitum.

Τ finita corripiuntur, ut σὺ, δέκατον, γλυκὺ.

Τὺ & adverbia fictitia, ὑ, ὔ, & χρὺ.

Produ-cuntur
- Nomina literarum, ut μῦ, νῦ.
- Tertiæ personæ singularis quartæ conjugationis in μι, in imperfecto, & aoristo secundo, ut ἔδυ, ἔφυ.

Τν finita corripiuntur, ut πολλὼν, βεβαθὼν, νυὼν, τοίνυν conjunctiones.

Producuntur
- Circumflexa νυῦν, nunc, μῦν, σῦν, &c.
- Dicatalecta, quæ duas habent terminationes in recto.
- Item quæ υς in nominativo habent longum, ut ἰλὺς, limus; ἰχθὺς, piscis.
- Primæ personæ Verborum in μι, ut ἵζημι, γνωμι.

Τρ finita longa sunt, ut ὁ ψίθυρ, susurro, τὸ πῦρ, ignis quod tamen in obliquis breve est. ἐκ δοκιματίου.

Ινς desinentia corripiuntur, ut βαθὺς, profundus; βαρὺς, gravis; κορυθὺς, galea.

Producuntur { Κώμυς, κώμυδος, fasciculus, ἄρκυς, ἄγλυς, & monosyllaba, ut μῦς. Participia in υς, ut ζᾶγὺς. Quæ declinantur per ῠ purum, ut ἰλύς, sed in ἰχθύς, ῠ est anceps.

Poetica licentia.

Hæ sunt regulæ observatione dignissimæ de syllabarum quantitate, sed quodammodo infinita est poëtarum licentia, qui interdum longas corripiunt, aut breves producunt, metri necessitate coacti, ut cùm tres vel plures breves concurrant in aliquo vocabulo, ut in his, ἀδάναΤΟΣ, φριαμίδης, primam syllabam, quæ per se brevis est, extendant. Ad hæc, Ancipitem in eâdem dictione, in eodem versu & producunt & corripiunt: ut

Ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

Mars Mars homicida, sanguinarie, mœnium subversor.

Figuræ Poeticæ.

Systole, (id est contractio vel correptio) cum syllaba longa corripitur, ut

φαίηων μήδ' ἅπτω φίλον Δῖ' παχὺ γένοιτο.

Ectasis (id est extensio) quæ syllabam brevem producit, ut

Δῶς μὴ ὀδυσσῆα πολύπορδον ὄτρηδ' ἱκέσθαι.

Synecphonesis, de quâ suprà in Scansione.

Catalexis (id est terminatio) quâ syllaba terminalis ad justam metri perfectionem desideratur, hujus usus est in Iambicis & Trochaicis, sicut & sequentium duarum, ut μάτηρες στεφάνωσι, Pindar.

Brachycatalexis, quâ syllabæ finales duæ, hoc est integer pes, desiderantur, ut.

Ζεῦ, πατὲρ γὰρ ὤρσαι. Pindar.

Hypercatalexis (id est superabundans Terminatio) quâ syllaba præter justam dispositionem superabundat, ut Ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον.

Enallage,

Enallage, quâ pes pro pede ponitur, ut cùm Spondæus in quinto loco constituitur, cujusmodi versus Spondaici vocantur, ut Ἀμφότερον τ' ἀγαθὸς βασιλεὺς κρατερός τ' αἰχμητής.

Dialysis (id est dissolutio) quâ dictio in fine posita ita distrahitur, ut una pars in præcedente sit versu, altera in principio sequentis, ut

ὅσσ' ἀπίθησέ νιν ἀλ-
λ' ἤρως ἐπ' ἀκτῇσι θοῇσιν.

FINIS.

Tabellæ Dialectorum.

QUatuor numerantur Græcæ linguæ Dialecti sive loquendi formæ præcipuæ, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ communi in nonnullis, variant, nimirùm, Attica, Ionica, Dorica, Æolica. Præter quas suam Dialectum & idioma in quibusdam habuerunt Poëtæ, quæ omnes quod ad terminationes partium orationis spectat, sequentibus tabellis subjiciuntur. In reliquis verò cùm tanta sit varietas, ut regulis comprehendi vix possit, singularum proprietates insigniores breviter proponere sufficiat.

Attii mutant { σ in ξ, ut ξῶ pro σῶ; αν in ᾱ, ut θάλαττα pro θάλασσα; σ in ρ, ut ἄρρω pro ἄρσω, vir: & contractionibus imprimis gaudent.

Iones ponunt { η pro α, φιλίη pro φιλία, amicitia. ε pro α, γελέω pro γελάω, rideo. & contrà α pro ε, τάμνω pro τέμνω, seco.

Ex consonantibus κ pro π, ut κῶς pro πῶς; π pro φ, ut ἀπαυρῶμαι pro ἀφαυρῶμαι: contractionibus prorsus abstinet, & diphthongos resolvunt.

Dores usurpant
- α pro η ut φάμα pro φήμη, fama.
- α pro ε, ut πάζω pro πέζω, premo: γα pro γε, ut ἔγωγα pro ἔγωγε.
- α pro ω, ut μεσᾶν pro μεσῶν, musarum.
- α πρᾶτος pro πρῶτος, primus.
- α pro ει, ut κλᾶδας pro κλεῖδας, claves.
- η pro α, ut ζῆν pro ζᾶν; & pro ει, ut κοσμίω pro κοσμεῖν.
- ω pro ᾱ, ut μῶσα pro μῦσα, musa; & pro ε, ut ὥνεκα pro ἕνεκα, propterea.
- αυ pro ει, ut αἴθε pro εἴθε, utinam.
